

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum
Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp
Aristoteles**

Argentinae, 1535

VD16 A 3417

Proportione discreta & continua

urn:nbn:de:bsz:31-106587

ARIA
IN COLLATIONE
ER EXPONERI, Q[UA]D
RUBRUM ETICAE APPROP
ITATUINTE SCHOL
A. Novum pro
unt. Volumen
diu proportionis
taliatam, comp
in proportionis
bent 3. ad 4. Qu
oc quod accepto
terram et ar
yo proportionis
um in duas p
r aquilas approp
ion excedit, q[ui]
conferatur prop
1. 3. ita se habet v
quod omnia vint
riter.
tribus est prope
proximus poter
ic suntate fidei
nario superiam
ternario fidei
pudica

IN ETHICA ARIST.

medius & superatur. Ita medius pariter & in diuis
sibiliter distat ab extremis.

PROPORTIO DISCRETA

& continua.

Est & alia quædam diuisio proportionis, cuius
hic mentionem facit Aristotele: quod proportiones
aliae sunt discretæ, aliae continuæ. Discreta est, in
qua limites quatuor expresse ponuntur, ut sicut se
habent 4. ad 2. ita se habent 10. ad 5. Continua pro
portio est, in qua tantum tres limites ponuntur, sed
ita oportet repeti medium in comparando: alio
qui enim non posset existere duarum proportio
num collatio, ut 8. 4. 2. Sicut se habent 3. ad 4. ita se
habent 4. ad 2. Hæc Aristoteles ideo cōmemorat, ut
facilius declarare possit iusticie species. Nā in distri
butiva iusticia non habet locum proportio continua.
Sunt enim duo limites rerū, & duo personarū consti
tuendi, qui non pariunt continua proportionē &c.

DE PERMUTATA

proportione.

Permutata proportione, dicitur quū in argumētan
do ex proportione efficimus consequens permuta
tis terminis, ita ut in consequente primus terminus
ad tertium conferatur, secundus ad quartū, ut hic
sicut se habent 2. ad 1. ita se habet 3. ad 4. Ergo
sicut se habent 2. ad 3. ita se habet 1. ad 4.